



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

In Genesis Enarratio

Chyträus, David

Vitebergæ

VD16 C 2625

I. De officijs Oeconomicis et vsu rerum ciuiliū, & An liceat tenere
Proprium.

urn:nbn:de:hbz:466:1-36126

CAPVT DEC
MUMTERTIVM.

LOCI PRÆCIPVI.

- I. De officijs Oeconomicis et rerum civilium, & An liceat tenere Proprium.
- II. De studio tuende concordie virtutibus ad eam necessarijs, videlicet, Humilitate, Mansuetudine, Patientia.
- III. De fide acquiescente in verbo promissionis, etiam si euentus non statim consequuntur.

I.
DE VSV RERVM
Politicarum.

Ideo Deus condidit genus humanum ad societatem, & aternis vinculis generationis, educationem, officiorum, contractuum, gubernationis &c.

gavit, ut in cœtu alij alios de Deo docere possint, Ac societas Oeconomica seminarium est Reipublicæ ac Ecclesie Dei.

Quare ut Abraham, Loth, & reliqui Patres suas familias rexerunt, & rem familiarem, ut pecunariam, & agriculturam administrarunt: sic nos sciamus omnia officia œconomica & politica pijs concessa esse, & cum fiunt prælucente fide, & referuntur ad hunc finem, ut Deo honos præstetur, cultus Dei esse, omnibus operibus Monasticis uel alijs anteferendos.

Opponatur igitur consuetudo patrum politica & œconomica hominibus superstitiosis omnium ætatum, qui ciuilia & œconomica officia aspernantur. Circumfert Abraham ueram doctrinam Dei, idem gerit bellum pro defensione suorum, regit familiam imperio herili, pascit pecora, colit agros, ducit ac amat uxorem ac liberos, emit ac uendit, Et in his officijs Oeconomicis ac Politicis edit testimonia suæ confessionis de Deo.

Nam in omnibus his officijs primum obedientia nostra erga Deum declaranda est.

2. Lucere debet confessio nostra de Deo.
3. In periculis & ærumnis œconomicis lucere debet fides & inuocatio Dei.
4. Exercentur in his laboribus pietas, dilectio erga proximum, tolerantia, & multæ uirtutes propter

pter quas, labores æconomici fiunt cultus Dei
est, opera quibus Deus iudicat se honore affici.

Quod autem inquit Textus, Abraham fuisse
uitem ualde, in armento, auro & argento, testi-
nium est à Deo approbari distinctionem domi-
rum, proprietatem & diuitias. Vult enim Deus
sanctas esse possessiones, & unumqueng; res suas
nere, & rectè collocare.

Primum ad conseruationem ministerij Euan-
geli, ad hunc usum, ne uera Dei noticia inter me-
tinguatur.

Secundo: Ad defensionem pacis.

Tertio: Ad nos & ad nostros sine luxu & im-
perantia alendos.

Quarto: Ad iuuandos alios uerè egentes, quo-
tum sine notabili detrimento fieri potest, ut 1. Tim.
dicitur, Præcipe diuitibus, ut libenter imperantibus
communicent. Et prouerb. 5. Fontes tui deriuant
foras, & tu Dominus eorum maneto. Vult enim
Deus nos honestis laboribus & artibus parate
familiarem, uictum, & alia ad sustentationem
nostræ, & nostrorum necessaria.

Ac primus Patribus uidemus usitatissimam
randi uictus rationem fuisse pecuariam & agrari-
turam.

II.

STVDIVM TVENDI Concordiæ.